

Infirmorum natura ueletas est. sed que eos unxit gratia potens est.
Resoluta sunt corpora senectute. sed solidae sunt mentes desiderio
pietatis. Non est sensibilis haec pugna. neque uisibile certamen. Noli
ergo istos athletas extrinsecus considerare. sed ingrediens in rationa-
bili ad interiorum eorum habitudinem. condiscipuli dei eorum fortitu-
dinem. ut intellegas quoniam qui contra demones pugnant. non robore cor-
porali neque ualida conpagemem brorum indigent. nec de aetate iuueni-
li fiduciam sumunt. sed et si tener adhuc adulescentulus in flore primaeuo
agit. et si senex ad extremam aetatem suae metas peruenit. animam
uero fortem habeat et corroboratam fidem. Nihil de aetate modica
uel extrema. ad effectum certaminis impeditur. Et quid dico senem
et iuuenem. quando etiam mulieres. et peditae ad haec proelia accurrerunt.
et illustres coronas adeptae sunt. Nam illi extranei nobis id est
mundani agones. et aetatis et formae et generis dignitatem requirunt.
Unde et seruis et mulieribus. et senibus et pueris. ad eos aditus dene-
gatur. Istic uero apud nos. omni persona omnique aetate. et utriusque sexui.
in discreta facultate stadium patet. et agonis ad eundem commune uisus.
et una libertas est. Ut prompta omnibus sine inuidia bonitate. et ines-
fabilem saluatoris nostri uirtutem cognoscas. et apostolicum sermonem
operis confirmari uideas. qui uirtus in infirmitate perficitur. Quan-
do enim pueri et senes supra naturam ualent. et inter uisus uiribus mo-
dis aetatis extendunt. euidenter operantes in ipsis gratia manifesta-
tur. et ut plenius appareat. quia infirmitas athletarum nostrorum
quam exterior est. clariores facit esse uictores. agendum et senem
et pueros relinquentes. infirmiore ipsi perducamus in medium mulierum.